

85 intantes in iudicium passionis Christi Domini in illa macerata, gravissimas penas de eis sumpvisse Philippum Augustum Regem Gallie, & Benedictum Papam. De quo in Castellae Regno habemus etiam memorabilem historiam. S. Innocentius, oppidi *de la Guardia*, cuius sciem integrali volumina proscutus est. Fr. Didac. de Yeps. Et Regno Aragonie in urbe Casaragusta. S. Dominguito de qua plenè etiam scripsit Fr. Didacus Murillo in *hist. Virg. de Pilar*, & excellentis urbis Casaragusta. tract. 2. cap. 27. pag. 231.

Et apud Sigebertum in Chronic. & Evagrium lib. 4. cap. 16. quos referunt Theat. vita human. 86 lib. 5. vol. 16. pag. 393. memoriae traditum est, fuisse sub Justiniano Constantinopoli Iudeum quemdam Virtutarium, cuius filius cum Christianorum pueris in templo corpus & sanguinem Christi accepit, ob eam rem patre puerum in furnum ardente conjectum: ibi per triduum illatus, & ab igne intactus est conservatus. Hoc cum Justiniano Imperatori narratum esset, filium quidem, & m trein lavacro regenerationis illuminatos servavit, parentem vero in Sycis tamquam particidanum illi capite mulcavit.

87 Utrum & autem licitum sit, infidelium fana, simulachra, aut idola demoliri, & si id impediatur, illis bellari non debant, non tamen usquequa dammandi erunt Christiani Prædicatores, & corrum socii, qui data opportunitate, quorūlibet infidelium templo, & simulacra demoluntur, dummodo ad hoc, eos, quo oportet, zelo & judicio procedant, nec temere infideles commoveant, quos docendo, & exortando maximè à vano Idolorum cultu avocare deberent. Plurimum quippe & expedit ad veram Religionem illorum cordibus imbuendam, ut de ipsorum quoque oculis, atque usu idola removeantur, ut exemplis Moysis. Asæ, & Josæ, Deuter. 7. & 12. & 3. Reg. 15. & 23. sacra Historia suadet, junctis aliis, quae adducit Acosta d. lib. 10. & 11. & Nos supra cap. 13. & 14.

Neque & D. August. & Concil. Illibertani lo- 94 ca hunc zelum excludunt, quoniam ultra plures alias explicaciones quas circa ea concessit D. Ferdinand. Mendoza, lib. 3. de confirm. Conc. Illiber. cap. 45. eos tantum taxare videntur, qui intempestive, & inconsideratè idolorum demolitionem aggrediuntur, & imprudentis pietatis, & religiosi desiderio permoti, eam potius impediunt, quam promovent, & se vita discernimini imprudentes objiciunt, ipsosque infideles concitant, & perturbant. Etenim si eis superioris viribus essent, & tutò, ac securè idola subverttere possent, fiducia id, ac laudabiliter judicarent, juxta illud Deut. 7. *Aras eorum destruite, lucosque succidite.*

Quemadmodum & multoties ab Apostolis, & 95 alii primitivi Ecclesiæ discipulis factum videamus, qui Divina virtute confisi, inter medias armatorum infidelium turbas, soli ipsi, & inermes idola prosternebant, & conculcabant, & aliquando solo verbo, vel crucis signo, immo & solo afflato, durissimas aris statuas omnifariam contrebant, quia nulla mallei ferrei vis constringere potuisset, ut de D. Joan. Evangelista, & qui famige- 96 ratum illud Diana Ephesina templum una prece subvertit, ac veluti plateæ lutum diluit, observat Metaphrastes, & Greg. Turon. lib. de glor. Martyr. n. 30. quorum traditionem defendit F. Joan. a Ponte in *conven. utr. Monarch.* lib. 2. c. 25. §. 3. & t. de S. Procopio, qui in Pamcade in Apollinis 97 templo, sola oratione 30. ex arcis status contrivit, eoque miraculo binas cohortes militares ad Christi fidem convertit; idem Metaphr. in *vita ipsius Sancti 8. Julii.* Et de S. Felice, qui cum in de-

98 extatique & decretum Concilii quinti Carthaginensis, cap. 15. quo cayetur, ut Patres pterent ab Imperatore, ut quemcumque residuae essent superstitiones Gentilium, omnino delerentur, sive in Lucis, sive in arboribus, sive in simulacris, & idem pluribus aliis Concilii decretum fuit, que congerit Pat. Suar. d. tract. de Fide, disp. 18. sect. 4. num. 6. pag. 291.

Inter barbaros autem infideles, qui nobis subjecti non sunt, major quidem difficultas versatur. Nam D. Aug. in lib. de verb. Domini, in serm. 6. de puro Cenitiorum apertissim scriptum reliquit,

delubrum Ingredetur, ubi plurima prostrabant statua, moxque eas Divina virtute demoliretur, tandem ad arcas Serapidis, cui sacrificium exhibere jubebatur, adductus, exsuffians in eam dejicit, ob eamque rem, cum præstigiis id opus tribueretur, ne Christo injuria irrogaretur, propanam ejus virtute id factum contestatus est, ut ex Adona Treverensi 3. Kalend. Septembr. recolit Simon Majol. in diebus Canicul. 1. tom. colloq. 19. pag. 437. Quibus exemplis alia similia addi possunt, S. Satyri in Acalæ ex Petr. de Natalibus lib. 2. cap. 66. & Martyrol. Romano 12. Januarii. S. Juliani in Sora ex Martyrolog. 27. Januarii. S. Porphyrii in Gaza, ex Metaphras. apud Surius, tom. 1. & Lippoman. tom. 5.

Et idem Martyrologium 15. Septembri narrat de S. Melitena, quod semper idola ad ejus conspectum prosternebantur, ubi in eorum templo ingrediebantur; & de S. Pelino 5. Decembri, quod aliud Idolorum templum Brundusii destruxit, & de S. Marino 26. Decembri, quod eodem modo Romæ falsorum Deorum plura fana contrivit, quod tradunt etiam Mombutus tom. 2. & Vincent. lib. 13. cap. 38. & 40.

98 Et in his iisdem & Occidentalibus Indiis, de quibus sermonem habemus, licentiam militum, qui eorum delubra, & simulachra primis congregibus destruebant, multum prædicatoribus profuisse ad ipsorum Barbarorum conversionem, latè probat Joan. Boter. in relat. univ. 4. p. lib. 3. pag. 56. & 57. quoniam cum illi (inquit) maximè superstitionis, & cultui sttorum Idolorum detti essent, illis sublati, facilius in veram Dei nostri cognitionem, & sanctarum imaginem adorationem perduci fuerunt, Fidemque, & Religionem Christianam, ad quam per nos Prædicatoribus invitabantur, alacrius receptorunt, presertim cum illam longè justiore, & suaviorem esse consiperent, quam idolatria, cui anteā ita cruentis, & spurcis ritibus, & immolationibus inserviebant.

CAPUT XXI.

De nono titulo, qui ex auctoritate, & potestate de- sumitur, quam aliqui Romano Imperatori in elargendi, & debellandi quorūlibet Infidelium provinciis concedant, quan ad verum sit latissimum disputantur, & de Imperii juribus obiter plura traduntur.

SUMMARIUM.

- 1 Imperatoris concessionis titulus ad justificandam Indianum conquestiōnē d quibusdam expeditur.
- 2 Imperator Carolus V. fuit simil Hispanie Rex, & qualiter Indianum acquisitionem probasse, & confirmasse videatur.
- 3 Voluntas non minus declaratur rebus & factis, quād veribus.
- 4 Antecedentia probat, qui ad osteriora procedit.
- 5 Indianum Occidentalium provinciis regno Castellæ, & Legionis annexis esse debere, & ab eo nullo tempore separandas, pluribus schedulis, & provisoriis declaravit, & promisit Carolus V.
- 6 Actio & passio, & datio, & acceptio in eodem subiecto esse nequeunt, Et quando hoc fallit, num. 10.
- 7 Persona una, que habet duas, vel plures dignitates, & jurisdictiones distinctas, vices diversarum per-Tom. I. de Indiano, jure.

sonarum gerere potest; & exempla hujus doctrinae num. 9.

8 Lex tutorum 22. ff. de his, que ut indig. & similes expenduntur, & illustrantur.

9 Varius iuxta, & auctores antecedentes confirmantes.

10 Actio & passio in eodem subiecto intellectualiter possum concurrere.

11 Officia duo quando invicem conjungantur, virumque retinet jura sua.

12 Personae duo quando representantur in eodem subiecto, una potest jura aliena.

13 Rex, qui simul est Dux, consideratur in his, que facit ratione Ducatus, tamquam Dux, & non us Rex.

Prelatus quomodo possit venire adversus contractum, quem ipse fecit, sue Ecclesie dannosum, idem.

14 Imperator Romanus an habeat potestarem disponendi de bonis, & provinciis infidelium, Et num. 38. & 60.

15 Imperator Romanus secundum multorum opinione omnia potest in temporalibus, & est immediatus Deo.

16 Cap. solite de majoritate, & obedientia. Et Luca

22. Ecce duo gladii expenduntur. Et num. 40.

17 Imperator potestarem circa terras, & provincias in-fidelium concedendas, Abbas, & alii pleniorem quoniam Ponifici faciunt.

18 Imperator Romanus in multis iuribus totius mundi Do-minus dicitur.

19 Lex deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de jactu, expendi-tur. Et rursus latius explicatur, num. 52.

20 Imperialis fortuna omnes alias supereminet.

21 Romana orbis, & Orbis appellatio synonyma erat; & quare?

22 Lex in Orbe de stat. hom. & l. Roma ad municip. & alia similes illustrantur. Et n. 50.

23 Roma communis sedes, & paria omnium gentium sœpè appellatur.

24 Romanos omnem ferè Orbem subjugasse, Polybius scribis, qui notatur, n. 46.

25 Cap. futuram 32. q. 1. & cap. in apibus 7. q. 1. ex-penduntur.

26 Romani Imperitis per totum Orbem dominatio pluribus Scriptura locis probatur; & præcipue Luke. &

20. Matth. 22. Marc. 22. Joan. 19.

27 Regnum gentium apud Aggeum Prophet. cap. 2. de Romano intelligitur.

28 Platus tanquam Presidenti Imperatoris Romani legi-timam judicandi Christum potestatem habuisse, Anton. de Roselli affirmat, sed malè.

29 Romani Imperi varie mutationes, & translatio-nes re-feruntur.

30 Romanos Imperatores, etiam hodi in Imperio ad Ger-manos translate, multi totius Orbis Dominos, aut saltem universales moderatores appellantur.

31 Imperatores, non esse Orbis Dominum affirmare, con-tra Evangelium, & forè hereticum esse, Bart.

& alii dicuntur.

32 Imperatores Romanum de terris, & provinciis Infidelium disponere posse, ex quibus & a quibus pro-blevit, Et num. 34.

33 Utilitas publicæ, & religionis augenda ratio plura contra ordinarias juris regulas operari solet.

34 Conformato Imperatorum posse disponere de terris In-fidelium.

35 Imperatores esse dominum rerum singularium, utilitet consistentur, Hostiensis & alii opinantur.

36 Lex, benè a Zenone, C. de quadriren. prescript. que-ait, omnia Principis esse intelligi, illustratur.

37 Imperatores Salem munii, rerum omnium dominum, caput, & fontem, & dispensatorem omnium regno-rum, & dignitatem, quidam esse dicunt, & quod

totum Orientem habet pro territorio.

38 Imperator Romanus, secundum veriorem, & receptionem sententiam, de rebus & regnis infidelium dis-ponere non potest.

39 Imperatores Romanus auctoritas, & jurisdictio, quam-vis maxima sit, non extenditur ultra terras Im-perii.

40 Ecce duo gladii hic quomodo intelligatur.

41 Potestas Ecclesiastica, quod sit una in universo Orbe, Qq 2 non

- non requirit; idem dicendum esse de temporali, & quare.
- 42 Imperia, & Regna diversa, commodiis per diversos Principes, quam per unum gubernantur.
- 43 Imperator Romanus nunquam fuit totius Orbis Dominus: & hoc multis iporum Imperatorum legibus comprobari.
- 44 Nationes plures ab Imperio Romano liberas tam defacto, quam de jure existisse verius est.
- 45 Autores plurimi referuntur, qui ridiculum esse probant, assertere, Imperatorem totius Orbis dominum fuisse, aut esse.
- 46 Polybius non affirmat Romanos totum orbem subjugasse.
- 47 Lucani locus expeditur.
- 48 Roma latius multò extendit imperium suum Religione Divina, quam dominationes terrena.
- 49 Imperator esse mundi dominum, iura, & auctores qui dicunt, qualiter intelligi debeant.
- 51 Scriptura sacra sapè utitur hyperboliticis, & alii figuratis loquendi modis.
- 53 Imperatores Romani superbè de Deo, & Dominis Orbis appellari faciebant, & divinos honores usurpabant.
- 54 Domini superbia in titulis Dei, & Domini affectandis.
- 55 Domini appellatio terroris magis quam reverentia esse videtur.
- 56 Augustus Cesar, statim post Christum natum se Dominum appellari vetus, & quare.
- 57 Tiberius, & Trajanus agèr ferabant, se Dominos appellari.
- 58 Cap. in apibus 7. quest. 1. vera expositione donatur.
- 59 Regum creandorum præcipua causa, que fuerit.
- 60 Imperatorum, & Regum potestas, & jurisdictio, quantumvis ampla, & absoluta sit, non extenditur ad non subditos.
- 61 Imperator non potest disponere de bonis subditorum, nisi ex magna causa, & cum congrua satisfactione.
- 62 Lex Lucius, ff. de evict. l. 5. §. item si forte, ff. de rei vind. explicantur.
- 63 Lex, bene à Zenone, Cod. de quadrieni. prescript. explicatur.
- 64 Principis omnia esse, qualiter intelligendum sit.
- 65 Dominum Imperatorum, & Principum qualiter distinguuntur Bartol. & alii.
- 66 Imperator secundum Senecam omnia habet in Imperio, in patrimonio propria.
- 67 Lex 3. ff. ne quid in loco publ. exponitur.
- 68 Litora maris, que jure gentium communia sunt, quo respectu Pop. Rom. esse dicantur.
- 69 Hispanie Reges, neque Imperatorem Romanum, neque ultimam in temporalibus superiorum agnoscunt.
- 70 Autores plurimi referuntur, qui Regum Hispanie ab Imperio omnimodam exemptionem defendunt.
- 71 Reges Hispanie, & alii quilibet qui superiorum non recognoscunt, in suo regno sunt Monarchæ, & Imperatores.
- 72 Reges liberi in suis regnis potestius, & antiqui jus habent, quidam Imperator in imperio.
- 73 Caroli V. Imperatoris protestatio de exemptione Regni Hispanie ab imperio suenda.
- 74 Lex 8. it. 1. lib. 6. Recopil. exponitur.
- 75 Privilegia nobilitatis, & exemptionis, que Imperator, ut Imperator, concedit, ultra terras imperii non extenduntur.
- 76 Leges Imperatorum Rom. allegare, & sequi, an & quatenus in Regnis Hispanie licitum sit.

Sunt etiam qui putent, hanc Occidentalium, & Meridionalium regionum acquisitionem, que per Catholicos Hispanias Principes facta est, t illo etiam titulo communiri, quidam Imperatoris Romani auctoritas, & potestas, eam non tantum confirmasse, verum & jussisse, ac juvise, videatur; cui omne jus, & arbitrium in elargiendis, & debellandis quorundam liberis Infidelium pro-

- 7 sties duos exigit. Nam cum t dupli potestate, & auctoritate fungeretur; dupli quoque personæ vices subire potuit, & distincta, arque separata jurisdictione uti voluisse censendus est; ita ut quod tamquam Imperator praestabat, tamquam haeres, & successor Hispania Regni susiceret, & suis in eodem Regno successoribus quereret, t arg. text. in 1. tutorum 22. ff. de his que ut indign. ibi? Discreta sunt enim iura, quamvis plura in eamdem personam devenerint, aliud tutoris, aliud legatarii. Junctis alii plurimis exemplis, qua deducuntur ex l. 1. §. solet in fin. ff. quando appell. sit, l. duorum, ff. de oper. libert. l. procurat. §. si plures, ff. de Trib. act. l. cum quedam, C. de admin. tut. cap. ex literis de prolat. cap. cum in Ecclesiis, & cap. postulati de concess. probab. lib. 6. cap. a collatione de appellat. cod. lib. ubi DD. alia notarunt, & late Lapis alleg. 99. Calderini cons. 229. in fine, alia 7. tit. de prob. Bartol. quest. 15. in princip. vers. Quartò probo: Abbas in cap. quamvis de off. deleg. Bald. cons. 167. lib. 1. Paul. Castren. cons. 250. & 313. lib. 1. Rom. cons. 422. & in sing. 76. incip. Scholastic. & in l. 1. ff. de verb. oblig. Fulgos. cons. 118. Socin. cons. 87. vol. 1. Decius in l. rogati, in princip. num. 7. ff. si cert. petat. Rebuffi. in concordat. tit. de collat. §. si quis verò, in vers. Dispositiones: Chassaneus in Catalogo glor. mund. part. II. consider. 12. in fine: Menocis de recuper. rem. 1. num. 36. & cons. 902. num. 71. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. IIII. num. 13. & iterum cap. 298. num. 20. cum multis sequentib. & Cardin. Tusch. pract. conclus. jur. lit. P. verb. Persona. conclus. 317. ubi resolvunt, t quod quando in una persona concurrunt diversa iura, quibus mediatis diversas personas representant, non est judicandus tamquam unus, sed tamquam plures, & quod actio, & passio in tali subiecto cadere potest, quia non corporalis, sed intellectualis eius consideratio habetur. De quo plene etiam innumeris citans agit Tirachel. In tract. de nobili cap. 28. num. 11. & sequent. & de retract. lign. §. 1. gloss. 68. num. 21. & seqq.
- Et arridet doctrina gloss. & aliorum in cap. 1. ne sede vacante, & in l. 1. ff. de leg. l. Quod t quando ad invicem junguntur duo officia, utrumque retinet iura sua, quam sequitur Bartol. in l. si convenerit, §. nuda, de pignorat. act. Joan. Baptist. Ferretus cons. 242. num. 13. vol. 2. & Joan. Bapt. Valenzuela cons. 69. num. 32. ubi erant numer. 37. resolvit, quod quando t considerantur duas persona in eodem subiecto, potest una juvare alteram, & supplere, quod in se non habebat, argum. l. 2. C. de omn. agr. desert. lib. 11. quemadmodum, & unus homo potest se juvare altero, qui per se solus prævalere non posset, l. si pariter, ubi Bened. de Plubino num. 2. ff. de lib. caus. l. si plures, ubi DD. ff. de past. l. alimenta, §. Basilice, de aliment. & cibar. legat. cap. auctoritate, §. licet enim, de concess. probab. lib. 6. cum aliis traditis Rota decis. 23. sub. tit. de re judic. in noviss. num. 3. & Hieronym. Gonzales ad reg. 8. Cancellar. de alternat. gloss. 18. num. 105. Et potest etiam apponi exemplum t in Regi, qui est simul Dux. Nam in Ducatu consideratur Dux ut Dux, & non ut Rex, secundum Fed. de Senis cons. 220. col. fin. Gabriel. cons. 195. num. 9. voto 13. Et magis in nostris terminis Abbas Normanitanus in cap. quod super, num. 7. de voto: & Alphons. Guerrierus in Specul. Princip. cap. 55. ex eodem fonte deducunt, t quod si Romano 17. Pontifici licet terras & provincias infidelium, Christianis Principibus debellandas & occupandas concedere; multo magis id Romano Imperatori licet, cuius posteratem in temporalibus plenioribus esse fatentur. Quod etiam probat Gilkenius in auth. quas actiones, C. de sacros. Eccles. cap. 9. num. 13. docens, quod etiam inspecta op-

opinione Canonistarum, Imperator habet jurisdictionem temporalem totius Orbis habitu, & actu, & Pontifex dumtaxat habitu: de quibus omnibus cap. sequenti plura dicemus.

Secundo facit, quia imperiali dignitate inventa, & constituta, † Romani Principes eam sibi potestatem adrogarunt, ut totius Orbis dominationi, & imperio praefecti videantur. Atque ea propter Imperator Antonium ab Eudemonie de quadam naufragii questione consultus, † in l. de preceatio, D. ad leg. Rhod. de jactu, in illa vulgatissima verba prorupit: *Ego quidem mundi dominus, lex autem maris: Justinianus etiam in autb. ut omnes obediant, judi. provinc. vers. Hec considerant, Imperii sui ditionem ab Oriente ad Occidentem, à Meride ad Septentrionem extendi gloriantur, & in l. Cūm multa, C. de bonis qua liber. † imperiale fortunam omnes alias superemere; circa quod plura notant Simon, Majol. in dieb. Canicul. tom. 2. colloq. 6. de variis vita gener. ex pag. 491. & Bulegerus de Imperat. lib. 1. cap. 33. & 34.*

Et † Jurisconsulti passim Romana urbis, & Orbis appellationem synonymam faciebant, & sub Romanis legibus & iuribus comprehendebant, ut constat † ex l. in Orbe Romano, D. de statu homin. l. si duas, §. 1. vers. Universo Orbi, D. de excusat. tut. l. Roma. 33. D. ad municipal. l. 1. C. de rapt. virgin. l. 2. C. de juram, calum. l. rem non novam, C. de judicib. l. jubemus, C. de testamen. l. 1. §. cūm autem, C. de usucap. transfor. l. fin. D. de interdi. & relegat cum aliis, qua circa eas tradunt Alcia. lib. 2. dispunct. cap. 21. Forner. lib. 1. select. cap. 13. Pinel. in rub. C. de bonis matern. 2. part. num. 11. Brissonius de verb. signif. verb. Roma. Cal. Rhodig. lib. 18. antiqu. leet. cap. 25. in fine, Rutil. Benzonius de anno fulbil. lib. 3. cap. 37. pag. 339. & Bernard. Aldrete omnino videns lib. 1. de orig. ling. Hispan. capit. 4. & 5. & Franc. Juretus in notis ad Synnach. lib. 6. epist. 92. pagin. 184. Unde Cassiodor. lib. 23 br. 11. epist. 2. inquit, † Roman sedem esse mando generaliter præstitan, & Sidon. Apollin. lib. 8. epist. 6. ait, in ea totius Orbis civitate unica solos barbaros, & servos peregrinari, & Rutilius Claudius in itinerario lib. 1.

Fecisti patriam diversis gentibus unam,
Profuit injusus te dominante capi,
Dunque offers vobis consorta juris,
Urbem fecisti, qui prius Orbis erat.

Et D. August. Psalm. 58. part. 1. sub fin. Quis tuas non cognoscit gentes subjectas Imperio Romano? Quia quidem erant, quando omnes Romani facti sunt, & omnes Romani dicuntur. Et Claudianus in Paneg. 3. de laud. Stilic. Quod cuncti gens una 24 simus. Nimirum, quia, † ut inquit Polybius liber. 1. hist. in prim. Romani non aliquam Orbis partem, sed universum ferè Orbem subjugant.

Quod non tantum ipsorum Romanorum Imperatorum, & Scriptorum auctoritate inniti, & 25 comprobari videtur, sed etiam Melchiadis Papæ in cap. futuram 12. quest. 1. ibi: Romani Principes, qui penè totius Orbis Monarchiam tenebant. Et ibi: Per univarsum Orhem suo degentibus Imperio. Et D. Hieron. in cap. in apibus 7. quest. 1. dum,

ait: *In apibus unus est Rex, & grues unam sequuntur ordine literario, Imperator unus, iudex unus provincia, &c. Unde glossa argumentum deducit, omnes Reges ab Imperatore coronandos.*

Et multis item Sacrae Scripturæ locis, quæ 26 præter alios doctè, & graviter prosecutur Covar. ubi sup. §. 9. num. 5. vers. Ex Diuino jure. Sic enim dicitur † Aggæi. 2. Fortitudinem Regni 27. gentium conteram, quod de Romano Imperio omnes Expositores accipiunt, ut testatur D. Rib. ibidem num. 71. & 72. eo quod omnes gentes subjectas haberet, & Luce 2. edictum exisse à Cesare Augusto, ut describeretur universus Orbis, quod non scriberet Evangelista, nisi illum universo quoque Orbi dominari sentiret. Et Luca 20. Matth. 22. Marc. 12. Christus Dominus hoc universale Romanorum Imperium magis ostendisse, imò, & approbasse videtur, dum ea, qua sunt Cæsari, Cæsari reddi jussit, & Joan. cap. 19. dum se Pilato tamquam Präsidij Romani Imperatoris submittit, dicens: *Non haberes potestatem adversus me ullam, nisi tibi datum esset desuper.* Cujus † loci auctoritate mortuus Anton. 28. de Rosellis ubi sup. col. 5. veritus non fuit affirmare, Pilatum, tamquam Tiberii Cæsaris Präsidem, habuisse jurisdictionem ordinariam, & potestatem legitimam, & coactivam judicandi Christum; quod tamen multis rationibus mirito nota, & reprehendit Doct. Navarrus in diet. cap. novit. notab. 3. num. 70. cum seqq. pag. 102. veram ilorum verborum expositionem adducens.

Tertio facit, quod licet majestas & latitudo, quam Imperium Romanum circa adventum Christi Domini possidebat, postea valde angustata, & immutata reperiatur, cum ex historiarum monumentis appareat, Constantinus Magnum, Romana Urbe Ecclesie donata, Imperii Romani sedem in Græcia, sive Thracia urben Constantinopolim translusisse; & deinceps temporibus Stephani secundi, sive, ut alii malunt Leonis tertii R. P. idem Imperium à Græciis ad Gallos transferit anno salutis 800. vel 801. & tandem extincto. Gallorum Imperator virili solebo, ad Germanos translatum fuerit; quorum primus Imperator fuisse perhibetur Conradus, tempore Anas-tasi Terti R. Pater circa annum 912. ut post textur, & glos. in cap. venerabilem de elect. & in cap. Apostolica de sentent. & re judic. lib. 6. & in Clement. Romani verb. Vestigiis, de jure iuri. plenè tradunt Blondus, Platina, Genebr. & alii, quos refert Molina de justit. & iur. tract. 2. disput. 24. Volaretan. lib. 3. comment. Joan. Stunica in lib. de vitiis Pontif. sub Stephano II. & Leone III. Cesare. Baron. in annal. Eccles. in dictis anni, Fr. Joan. à Ponte in convenient. utr. Monarc. lib. 1. cap. 4. §. 3. & 4. Thom. Bozzius de signis Eccles. Dei, lib. 24. cap. penult. & ult. Bellarmin. lib. 7. de Roman. Pontif. cap. 8. & in integr. tract. quem de translatione Imperii Romani conscripsit.

Aduic † tamen in his Imperiis, quia Romani 30 nominis, dignitatis & splendoris vestigia conservabant, ea opinio perduravit, ut sub Imperiali culmine, & ditione universus Orbis contineretur, ut passim testatur glos. in dict. cap. venerabilem, verb. Transtulit, & in cap. per venerabilem, qui fa-

llit: *Huius sint legit. cap. conven. 23. quest. 4. capit. ult. 50. distin. Bartol. & DD. in l. 1. §. per banc, D. de rei vind. ibidem Bart. in proem. Digest. & in extravagante ad reprimendum, verb. Totius Orbis, Bartol. Bald. Paul. Salicet. & Jas. in l. C. de sum. Trinit. Nicol. Bellon. cons. 2. num. 2. Julius Ferier. in tract. de bello, num. 24. fol. 27. Hippolyt. Riminald, in §. 1. exnum. 52. inst. quibus alien. licet, Mandellus, & ejus Addit. cons. 62. num. 20. 1. part. Maranta in question. legalib. fol. 444. num. 47. & innumeri alli, quos refert Castald. in dict. tract. de Imper. quest. 52. Petr. Cenedus in collect. 64. ad de retum, num. 2. Hieron. Cevallos lib. 1. prædict. commu. quest. 576. & lib. 4. quest. ultim. num. 31. & seqq. Marta in tract. de iurisdicti. 1. part. cap. 20. & cap. 21. ex num. 23. Cardinal. Tuscius verb. Imperator, conclus. 33. Sebast. Medic. in tract. de legib. 1. part. quest. 18. num. 6. & 7. & receptissimam sententiam esse tradit Alphons. Guerrerus dict. Specul. Princip. cap. 55. in princ. & ab omnibus Ital. Doctoribus sequi, Dom. Sotus lib. 4. de just. & iure, quest. 4. art. 2.*

Et quod omnes ferè gentes, quae obediunt S. Matri Ecclesiæ Romane sint etiam de populo,

sive Imperio Romano. Et quod si quis dicaret, Imperatore non esse Orbis Dominum, dicaret contra text. Evangelii, ut expressè affirmat Joan. de Lignano Mediolanensis in tract. de bello cap. 9. ad finem, & Bartol. in l. hostes, num. 7. D. de capti- tivis, ubi, & tandem progressus est, ut asseritur, affirmare contrarium, forte hereticum esse. Quod & tradit Bellon. dict. cons. 22. num. 2. & pluribus confirmare conatur Pet. Gilken. in d. autb. quas actiones. C. de sacros. Eccles. cap. 9. ex num. 7. & in l. properandum, num. 3. C. de judic. 32. docet negari non posse, Imperatore, si non dominum, saltem moderatorem totius Orbis intelligi debere, sive jus Divinum, sive naturale, sive etiam leges, & canones intueantur.

Quarto perpendi potest, quod si concedimus, Imperatore Romanum totius Orbis dominatio-nem habere, ut superioribus argumentis probari, videtur; † necesse est etiam ut fateatur, cumdem posse Regna, & provincias, quas infideles possident, eisdem auferre, & illas Piis, & Catholice Regibus applicare, arg. text. in l. 1. C. de vend. rer. fiscal. lib. 10. l. 1. C. de Curial. rer. alien. l. Luctus, D. de evictio. l. item si verberatum, §. item si forte, D. de rei vendi. l. 1. C. ex quibus causis servi pro prim. lib. accip. l. quaris, D. de natal. restituen. l. 2. tit. 1. part. 2. cum multis aliis, quæ circa hunc articulum, & prædictorum iurium illustrationem congerit Menoch. cons. 156. num. 48. & cons. 147. num. 26. vol. 2. Menchac. lib. 1. controvers. illustr. cap. 5. num. 1. Loazies de justa retent. Regni Navar. pag. 183. & 33 novissime Cevall. dict. quest. fin. per totam, † Utilitatis præserit publicæ, & religionis favore exigeante, cui favende, & augenda semper invigilare debemus, l. sunt persone, D. de religiis. & sumpt. funer. l. ita vulneratus, vers. Multa, D. ad leg. Aquil. l. Barbarus. ff. de offe. Præt. l. utilitas, C. de Prinzipio, e. Abbate, §. ult. vers. Presertim, de sent. & re jud. lib. 6. cum latè traditis ab Hippolyt. de Marsil. in prædict. §. aggredior, a num. 71. usque ad 74. & Cevall. supra num. 327.

Sed licet his rationibus, & argumentis supra dicta sententia non inepte defendi posset, maxime cum tot, ac tantos habeat sectatores, adhuc tam nobis † longè verior, & securior est aliorum opinio, qui negant, Romanum Imperatorem ullum ius in terris, & provinciis infidelium habere posse, & præserit in Barbaris istis ad Hispanis detectis, quarum ipsi Romani Cæsares nullam unquam possessionem, nec notitiam habuerunt, ut fusi ostendimus sup. lib. 1. cap. 11. Cui sententia aperte subscribunt Victor. Gregor. Lop. Covar. Menoch. Sot. Cordub. Ayal. Molin. & Suar. sup. num. 1. relati, minus justum, & solidum cum titulum reputantes, qui ex hac sola Imperatoris concessione deducitur: neque sufficienter prædictis argumentationibus confirmari.

Et ita in specie, † ultra ea, quæ sup. num. 17. 34

cum Abate Panormit. & Alphons. Guerrerro no-tavimus, circa potestatem Imperatoris in terris, & provinciis infidelium gubernandis, & concedendis; allegari etiam potest celebris doctrina Cardin. Hostiens. in sum. tit. de presrip. §. que au-tem, ubi ait, † Imperatorem Dominum etiam es. 35 se rerum singularium, in omnibus & quibuslibet mundi partibus consistentium. Quod rursus docuit idem Hostiens. in cap. per venerabilem, qui filii sint legit. num. 37. & Richard. Malumb. re-latus ab Alber. in proem. Digest. num. 9. & 10. Abb. Paris. Anton. de Butrio, & alii relati à Pe-trro Gilken. in l. properandum, C. de judic. num. 4. & conductus † text. in l. bene à Zenone, C. de qua-36

dr. presrip. & in conven. 23. quest. 8. & cap. quis iure, distin. 8. ubi omnia Imperatoris esse di-cuntur. Et † Cæsar. lib. 10. illas. miracul. & bis-37. tor. cap. 24. ubi scribit: *Sol videtur hoc loco de-signare Romanum Imperium. Sicut enim Sol mag-nitudo, & splendor præcellit universa sydera ce-lex. si idem Imperium angustius fulget ceteris Regis mundi, ut sicut Stelle lunam habent à Sole, ita Reges, ut regnare possent, habent ab Impera-tore.*

Quod ostendit etiam Zonaras in Claudio, dum ait: quod Imperatores aliena largiri quasi Domini omnium poterant, Lat. Pacatus in Panegyr. ad Theodos. ubi illum hac de causa vocat terrarum hominumque Dominum, Sidon. Apollin. lib. 2. epist. 13. ubi inquit, esse rerum Principem, & plura alia, quæ congerit Tuscius d. concl. 34. ex numer. 18. ubi ex Baldo, & aliis resolvit, quoad Imperatorem in temporalibus totum ministrum esse unicum territorium, & quod est naturalis Dominus totius Orbis, & potest dividere, & unire atque assignare territoria, & pertinentias, sicut potest testator de re sua disponere, & conclus. 36. num. 4. & seq. ubi, quod potest novos Reges creare, & removere, infringere, & transferre omnes dignitates, quia est Deus in terris, & omnes dignitates sicut scabellum pedum Imperatoris, & ab eo essentiam, & statum recipiunt; & ad idem respiciunt Sebastian. Medicis ubi sup. concludit, ab Imperatore, tamquam à capite, in omnes inferiores, honores, & munera infundi, cap. ita Dominus 19. distin. cap. fundamenta de elec. §. 1. quia ipse est superior, & Dominus omnium provi-ciarum, cap. Adrianus 63. distin. d. 1. bene à Zenon. Cardin. in Clemen. 1. de sum. Trinit. & Jas. in l. 1. lech. 1. num. 6. C. eod. tit.

Sed licet his rationibus, & argumentis supra dicta sententia non inepte defendi posset, maxime cum tot, ac tantos habeat sectatores, adhuc tam nobis † longè verior, & securior est aliorum opinio, qui negant, Romanum Imperatorem nullum ius in terris, & provinciis infidelium habere posse, & præserit in Barbaris istis ad Hispanis detectis, quarum ipsi Romani Cæsares nullam unquam possessionem, nec notitiam habuerunt, ut fusi ostendimus sup. lib. 1. cap. 11. Cui sententia aperte subscribunt Victor. Gregor. Lop. Covar. Menoch. Sot. Cordub. Ayal. Molin. & Suar. sup. num. 1. relati, minus justum, & solidum cum titulum reputantes, qui ex hac sola Imperatoris concessione deducitur: neque sufficienter prædictis argumentationibus confirmari.

Qui-

Quibus ut satisfaciam, & simul fundamento hujus opinonis, quam defendo, proponam.

Primo considero, maximè inter DD. disputari solere, an temporalis Imperatoris Romani potestas à Deo immediatè dimanet, vel ab spirituali dependeat, que per Summum Pontificem exercetur, de quo articulo plenius *in cap. seq.* tractabimus. Sed quod ad questionem, de qua nunc agimus, pertinet, etiam si demus has jurisdictiones distinctas esse, ita ut temporalis ab spirituali non pendas, & absque illa Pontificis translatione penes ipsum Imperatorem, Republica electione, & consensu populorum intercedente, consistat, id tamen non efficer, ut Romanus Imperator inter alias personas, vel in aliis Regnis, & provinciis dominationem exercere possit, quam in illis, que ipsis Romani Imperii limitibus conciduntur, & ad quartum temporem gubernationem à Deo ipso vocatus & constitutus videtur, ut recte observat Covar. d. §. 9. num. 5. vers. *Primum*, Navar. in d. cap. novit notab. 3. num. 41. Joan. Salas d. *tract. de legibus*, quest. 95. disp. 7. sect. 7. & ostendit doctrina f. C. in l. ult. D. de iuris. omn. jud. ibi: *Extra territorium ius dicenti impune non paretur*, cum aliis, quæ adduximus sup. hoc lib. cap. 14. num. 10. eoque respicit D. Chrysost. Psalm. 44. dum ait: *Imperator Romanorum non potest persic legem ferre*.

Neque est tamen in consideratione æquiparatio illa utriusque potestatis, ex verbis Evangelii. *Ecce duo gladii huc: & ex d. cap. solita sumptus*; quæ multi probare nituntur, ita laicam, sicut Ecclesiasticam per universum Orbem diffundi. Nam licet hoc argumento validè prematur Joan. Ign. & alii, quos refert, & sequitur Marta d. cap. 20. facile tamen ei respondent Covar. d. §. 9. num. 5. vers. *Quarto ratione*, & Navar. dicit notab. 3. num. 41. 88. 94. & 153. docentes, id nullo iure, nec ratione naturali, aut civili probari, quia potestas Ecclesiastica idèo per unam personam in universo Orbe Christiano exercetur, quoniam non ipsis populis, & rebus publicis, sed Petro, & ejus successoribus immediate à Deo concessa est, ut latissime probat Cardinal. Turrect. *lib. 2. de Eccles. capite 54. cum sequentibus* Albert. Pighius, *lib. 3. & 4. de Eccles. Hierach.* At temporalis potestas tota, & suprema penes ipsos populos fuit, & inde ad Reges & Principes derivata. Et cum totus Orbis in unum Principem nec consenserit unquam, nec revera consentire possit, vel ab eo regi, & administrari, sequitur, Imperatorem totius Orbis Dominum esse non posse, & temporem potestatem cum spirituali eo sensu comparari in dicit. *capite solita*, quod utraque à Deo instituta sit, & utraque veneranda, & suspicienda videatur, licet usus, & exercitium illarum longè diversam rationem, & executionem recipiat. Adeò, tamen Aristot. *lib. 7. Polit. cap. 4. & D. August. lib. 4. de Civit. Dei* concludam, potestatem uniuscuiusque civitatis naturalem esse, & magis politican, Imperium verò in multis non item, & majore cum pace Regi solita fuisse Regna, cùm unumquodque eorum sua patria terminis finebatur; à quo argumento non satis se expedit Marta, d. cap. 21. num. 5. 6. & 20.

Re-

Reimr. in tract. de lege Regia, §. 3. num. 2. Joan.

Baptista Lupi. *in tract. de illegitimis commen.* 31.

§. 31. n. 6. & seqq. & plures all. relati à Marta d.

cap. 21. licet ipso aliam opinionem sequatur, & Fr. Joan. à Ponte *in convenient. atr. Monarc. lib. 22. cap. 2. §. 31. pag. 92. & cap. 17. §. 1. pag. 189.*

ubi tamen inquit, quod si Polybius ita magnus Cosmographus, ut Historicus esset, Romanos totum Orbem subjugasse non affirmaret.

7 Quibus ligio adiutorio tamen *lucanum lib. 1. Pars I. quae queritur, ob bella civilia plures gentes restasse, quæ sub jugum Imperii Romani missæ non fuerunt.*

Heu quantum terra potuit, pelagiique parasi, ita quoque Hoc, quem omnes fuderunt sanguine desiderant.

Sub iuga iam Seres, jam Barbari, ita Araxes, Egiens, si qua facit, nascentis, conscientia Nil.

Eo Prosperini Aquitanum lib. 2. de vocat.

Cent. cap. 6. f. ait: Grata christiana non contenta est, eosdem limites habere, quos Roma, multosque populos sceptro Christi subdidit, quos amis suis ipsa non domuit.

Unde est & illud quod Leo Papa in serm. 1.

Apóst. de Roma ad Pontificem potestatem translatæ scriptum reliquit, latius scilicet possidere;

Religione Divinâ, quā dominatione terrena,

& Stanislaus Orlachius de funesta Regni Poloniæ secta, relatius à Petro Andr. Canonher.

in Apobris. Polit. Hippocr. pag. 357. Romanum Imperium verè per Evangelii predicationem totum Orbem possidere: Non nullus antiquum.

Opitius quod ostio Oceanici partem aliquam clauditur, sed hoc novum, & recens latissimum, amplissimumque, quod extra ipsum etiam Oceanum propagatum astris terminatur: quod non Romani fratricidam, sed Christum servatorem fratribus suorum habet Autorem.

Neque obstant iura, & Sacra Scriptura loco pro contraria opinione persensa; quibus va-

riis modis respondent Auctores *supra* relati, & quorum summa cōdedit, ut hyperbolice, & largi-

quodam loquendi genere Imperatores Romani totius Orbis Domini dicentur; aut per figuram Synecdochen, cōdquit, cūn tot ac tan-

te nationes jam tunc Romano Imperio parent, partes illas, quas subjecerant, pro toto sume-

bant; & absoluto Orbis appellatione donabant,

50 ut in d. l. in *Orbe Romano*, ff. de stat. homin. quam ita legendam, & intelligendam esse, & non in urbe, ut in vulgaris condicibus circum-

fuerit, optimè probat Alciat. lib. 2. disput. capi-

te 21. Covar. d. num. 5. Anton. Mornac. in no-

tis ad eandem legem, & alii, quorum mentio-

nem fecimus sup. hoc cap. num. 24.

51 Et tamen conductus doctrina D. Hieronymi super Ital. cap. 13. D. Prospere lib. 2. de vocat Gent. qui tradunt; Sacram quoque Scripturam sepe

sepius se his vulgaribus, sive communibus lo-

quendi modis accommodare, & sub illis verbis:

Omnem terram, & illam tantum provinciam, de qua est sermo, significare: quod etiam ad

explicationem cap. 1. Daniel. ubi Nabucodonosor Rex totius mundi appellatur, recitissime ani-

madvertit Glos. Interlinearis ibidem; & alia simili notaiones Covar. & Navar. ubi supra P.

Salas d. sect. 7. pag. 229. & P. Maldonat. & Franc.

comes Valentianum sum Orbis terrarum Do-

mini. Et lib. 23. Saracenorū Reguli genibus sup-

plices nisi, tanquam mundi, nationumque sua-

rum Dominum adoravant Julianum. Et Evagri-

lib. 3. Divinitussum Dominum Orbis. Et tamen de Do-

mitiani scribit Sueton. in ejus vita, cap. 13. Ac-

clamari etiam in Amphitheatro epulari die, liben-

ter, audit Domino, & Domine feliciter. Parique

arrogantia cum procuratorum surorum nomine for-

malem dictaret epistolam, sic caput, Dominus,

Deus noster sic fieri jubet; eaque propter Martia-

lis ei quando vixit, scepè his omnibus blanditus

est, ut constat ex variis epigram. Amphitheatri

& lib. 1. epigr. 5.

314
Contigeris nosnos Cœsar, si forte libellor.
Terrarum Dominum pone supercilium.
Et lib. 5. epigr. 8.
Editum Domini, Deinde nostri.

Junctis plurimis aliis, quae circa haec notanter congerit Cœl. Rhodigin. lib. 2. antiq. lec. c. 31. Brison. de verbis. signif. verb. Divi. Just. Lips. in notis secundis ad lib. 2. Annal. Taciti. pag. 509. Petr. Gregor. dicit. lib. 6. de Repub. cap. 13. Thom. a Maluend. in Anticribris. lib. 7. cap. II. ex pag. 369. & cap. 13. ex pag. 375. & novissime Jul. Cas. Bilenger. omnino legendus. de Imperatore Romano lib. 1. ex cap. 5. ad 12. & cap. 32. & P. Joan. de Salas de legibus. q. 95. tract. 14. disp. 7. secr. 6. num. 12. pag. 111. Joan. Bapt. Lopus d. tract. de illegit. comment. 3. 6. n. 7.

55 Cum tamen t̄ predicta vocabula terroris magis, quam reverentia esse viderentur, & potius ad tyrannos, quam ad dignitatem honoris potestatorem pertinenter, ut colligitur ex cap. ult. 93. distinc. cap. esto post princip. 95. distinc. & tradit. Luce. de Penna in l. 2. C. de cap. civium cens. exim. lib. 1. Chasan. in consuet. Burg. in proem. verb. Seigneur. col. 16. optime Alciat. lib. 7. Paring. cap. 13. & Onofri. Panvin. in interpr. vocum obscur. Eccles. verb. Dominus.

56 Quapropter t̄ Augustus Cœsar, ut testatur Sueton. in ejus vita. cap. 53. Dominum se appellari ne à liberis quidem; aut nepotibus suis, vel serio, vel joco passus fuit. Quod statim post Christi nativitatem contigisse Auctores commemorant, quoniam iride inclusum a Sibylla Tiburtina ostensum fuisse ferunt, ei Christum simul cum sanctissima ejus Genitice, ac dixisse, illum verum Dominum, & Imperatorem totius Orbis futurum, ut post Tertullian. in Apolog. cap. 34. recolit Ptolom. Virgil. lib. 4. de invent. rer. c. 1. vers. Item Orosius. Valenzuela in monit. contra Venetos. 4. part. num. 151. Calist. Remir. de lege Regia Aragonie. q. 23. num. 11. pag. 182. & novissime P. Mendoza super 1. lib. Rrg. cap. 2. pag. 526.

57 Tiberius etiam, Dominus appellatus à quodam, denuntiavit, ne se amplius contumeliae causa nominaret, ut ait idem Sueton. in Tiber. cap. 27. Et Trajanus, licet passim Dominus appelletur à Plin. lib. 10. epist. eadem, appellatio nem ex grē admodum tulit, ut ostendit Martial. lib. 20. Epigr. 71. ad Trajan.

Frustra blandis venitis ad me.
Atritis miserabiles javellit.
Diuturus Dominum, Deumque non sum.
Non est hic Dominus, sed Imperator.

Quemadmodum, & Alexander Imperator. adorationis ceremoniam ab aliis Principibus usitata, respuisse narratur à Lampridio in ejus vita, his verbis: *Ipse adorari se vetus, cum jam capisset Heliogabau adorari, more regum Persarum, & idem tradit de Maximino Seniori Capitolinius in Maximinis, notans superbiam filii ejus Maximini Junioris, sic inquietus: In salutationibus superbissimus erat, & manum porrigebat, & genua sibi osculari patiebatur: nonnumquam etiam pedes. Quod nunquam passus est Senior Maximinus, qui dicebat: Dili prohibeant, ut quisquam ingenuorum pedibus meis osculum figat.*

Neque his adversatur t̄ anterioritas Divi. Hier. 58

ronymi dicit. cap. in apibus, quam in eodem argumento perpendimus, dum docet, unum tantum Imperatorem esse debere. Nam id non agunt, hunc toti Orbi dominaturum; nec ea fuit, aut esse potuit. D. Hieronym. mens, ut recte observant Covart. d. 9. num. 5. vers. Ad idem facit. Navar. d. cap. novit, notabil. 3. n. 15. pag. 122. & Madera d. cap. 2. quidquid aliud dicat. Marta dicit. cap. 20. numer. 22. Sed imo apum, & grum exemplo, quo utitur, aperte significat, quod quemadmodum in quolibet apum examine unus est Rex, & agmina grum, dum volant, unum rectorem ordine literato sequuntur; ita convenit in qualibet bene constituta Republica, Regno, vel Provincia, aliquem Imperatorem, Principem, vel Rectorem constitui, qui aqua lance inter subjectos sibi populos iura reddere possit, & imbecilles à potentiorum injuriis defendere. Quam fuisse t̄ principium Regum creandum, causam opimè scripsit Justin. hist. lib. 1. in princ. Aristot. lib. 3. Polit. cap. 11. & lib. 5. cap. 10. Cicer. lib. 2. Offic. Divus August. lib. 4. de Civitate. Dei cap. 6. Div. Thom. de regim. Princip. lib. 1. cap. 14. D. Irena. lib. 5. advers. heres. & Alfons. Guerrier. Nicol. Boët. & alii, quos refert Menchac. in dict. prefat. ad controvers. illustr. num. 102. & seqq. & na- mer. 120. & lib. 1. cap. 1. num. 10. & 24. Epis cop. Chiapensis in tractat. comprobat. fol. 51. Guillel. Benedict. in cap. Raynatus. verb. Con- didit. l. 1. num. 34. in fine vers. Proper quos, & num. 35. cum seqq. & Just. Lips. lib. 2. ci- vil. doct. in cap. 11. Matth. Lop. Bravo in sua aureo. libello de Rege, & regendi ratione lib. 1. fol. 8. & Doct. Melch. de Valentia illustr. tractat. juris, tract. 2. cap. 5. num. 5. & seqq. & Egid. Benedict. in l. ex hoc iure, ff. de just. & iure, tom. 1. cap. 3. num. 7. & 8.

Denique t̄ quarto loco perpendo, & ad quar- 60 tum adversæ partis argumentum respondeo: quod cum probatum reliquerimus, Imperatorem Romanum toti Orbi nequitiam dominari, & multo minus Barbaris infidelibus, qui ad ejusdem Imperii notitiam nullatenus pervenerunt, pariter quoque probari videntur, nihil nosquam circa eorumdem infidelium personas, bona, & provincias licite disponere posse. Ampla t̄ quis- 61 pè illa, & absoluta potestas, quam Imperatori, ut supremo Principi tribuant iura, & Auctores in argumento relati, respectu subditorum intelligenda, & restringenda est, ut supra probavimus: quia erga eos, qui Imperio subjecti non sunt, quemadmodum nullam jurisdictionem exercete potest, d. l. ult. de iuris. omni. jud. ita nec dominia retinu, nec terrarum ab illis auferre, ut tradunt Innocent. num. 6. Ab. numer. 24. & 25. Felin. num. 9. in dict. cap. novit, de judicis, Paul. Castren. cons. 216. & 281. & in specie de bonis infidelium non subditorum, Berol. in cap. que in Ecclesiaram, num. 134. de constit. Oldrad. cons. 87. & 91. Carol. Ta- pia in rub. de const. Princip. num. 50. & 53. & Hiero. Cevall. dict. quest. fin. num. 368.

Præsumtum cum longe verius opinio sit, etiam inter subditos non posse Imperatorem, neque alium Principem, quantumvis superiorum non re-

recognoscat, bona eorum auferre, nisi ubi contrarium urgens aliqua & necessaria causa suaserit; & tunc id quod ansfur, competenti satisfactione pensandum esse, ut ad expositionem t̄ text. difficult in d. l. Lucius, ff. de evictio. l. item si verberatum, & item si forte. ff. de rei vend. & aliorum iurium, quæ in arguento re-tulimus, late obserbant, & prosequantur innu-meri ex antiquis, & recentioribus urbisque ju-ris Doctoribus, quos recenset Ant. Gabr. lib. 3. com. opin. tit. de iur. quiesco, quest. 1. Port. lib. 5. commun. conclu. 1. Covart. lib. 3. car. cap. 6. num. 6. Menchac. lib. 1. controvers. Illus- tr. cap. 4. 5. & 6. Andr. Gaill. lib. 2. obserbat. præf. cap. 56. Hieron. Franc. in reg. id quod nostro. num. 12. ff. de reg. jur. Titaq. in l. si unquam, verb. Donatione largitus, num. 4. C. de revocan. donat. Cevallos dicit. quest. fin. per to- tam. Castillos de Bobadilla in Polit. lib. 5. cap. 51. num. 11. D. Joan. del Castillo lib. 2. con- trovers. cap. 38. & ultra eos Alciat. lib. 1. Pa- verg. cap. 38. Duaren. lib. 2. disp. annivers. cap. 35. Forcat. in Neoyman. dialog. 18. num. 5. Adrian. Pulvius in tract. de rei aliena. di. tract. cap. 2. Ant. Faber. lib. 2. conjecturarum cap. 4. Vincent. Cabot. lib. 1. disp. iur. cap. 25. & Gui- dius Panciroli. in Theaur. variar. lib. 23. cap. 33. pag. 359. & novissime ac latissime Ant. Petra in tract. de potest. Princip. capite 24. & sequenti- bus.

63 Quibus non adversatur d. l. t̄ benē à Zonone, C. de quadrien. prescrip. & similia iura, & au- toritates, qua omnia bona, ubique consisten- tia, Imperator esse intelligi probant. Nam ad provincias sibi subjectas restringenda etiam sunt, & t̄ ea interpretatione temperanda, ut non ita plenum, & absolutum dominium Imperato- ri tribuant, ut de subditis sibi hominibus, eorumque bonis, & rebus ad libitum disponere possit; sed tantum supremam in illis jurisdictionem exerceat, seu dominium quoddam universale, quod magis in gubernatione, & protec- tione subditorum, quam in eorum spoliatione, aut expilacione consistit, juxta t̄ dominiorum distinctionem, quam tradit Bart. in d. l. 1. s. per banc, ff. de rei vend. & in extravag. ad reprimendum, verb. Totius Orbis, Paul. Castren. cons. 56. nu- mer. 2. vol. 2. Alexand. cons. 1. num. 46. vol. 5. Abb. in cap. significasti, 2. notab. de prescript. Socin. in l. 1. in princ. col. 3. & 4. ff. de aq. poss. Jacob. de sancto Georg. in investit. feudi. verb. Investitura, Guido Papa decis. 551. Mandell. cons. 62. lib. 1. num. 21. Covar. in reg. possessor, 2. part. §. 2. num. 1. Cujac. lib. 15. observat. cap. 30. & plures alii relati à Pet. Gilken. in pro- perandum, C. de judicis, num. 4. & Cardin. Tusc. d. verb. Imperator. cons. 33. num. 5. & 15. & Mastrilli. de Magistrat. lib. 1. cap. 3. n. 3. & 9. 64 Ad quod t̄ alludens Seneca lib. 7. de benef. optimè inquit: *Cesar omnia habet, fiscus ejus privata tantum, sua, & universa in Imperio ejus sunt in patrimonio propria, Plin. Junior in Panaygr. ad Trajan. Ecquid Cœsar non suum videat? Tandemque Imperium Principis, quād patrimonium majus est.* Et idem t̄ de litoribus maris sensit Celsus J. C. in l. 3. ne quid in loco pub. duri ea populi Romani esse dixit, & ejus Imperio subjecta, jux- Tom. I. de Ind. iure.

ad leg. cim avus, de condit. & demonstr. lib. 5. num. 3. & novissime Calist. Remit. dict. tractat. de leg. Regia, §. 2. num. 41. & cap. 4. num. 2. & alii relati à Petr. Gilkenio d. auth. quas actiones. 5. Molin. de pacis nuptial. lib. 1. cap. 2. num. 8. Fr. Joan. à Ponte in convenient. utriusque Monarch. lib. 3. cap. 12. § 4 pag. 79. Hieronym. Cavall. in tractat. de violentis, gloss. 18. ex num. 3. 21. 31. & 80. & idem simul de Regibus Gallia, Anglia, & Portugallia tradentes Carolus Grassal. lib. 1. Regal. Franc. cap. 6. Rhenat. Choppin. de donat. Franc. lib. 2. tit. 1. numer. 3. Casan. in Catalog. glorie mund. 5. part. consid. 24. num. 179. & consid. 27. & 28. Thom. Cromer. lib. 7. juris Roman. & Gallici, tit. 1. cap. 2. col. 155. Joan. Azor. 2. tom. instit. Moral. lib. 11. cap. 5. Pater Vasquez. disp. 153. capit. 2. Pat. Salas de legibus, quast. 95. tract. 14. disp. 7. secl. 8. Joan. Baptist. Lup. in dict. tract. de illigittimis, comment. 3. §. 3. num. 8. & seqq. & novissime Ludovic. Rudolf. in tractat. de orig. dignit. & potest. Dicunt Italic. num. 59. eum seqq. & Anton. Petr. de potest. Princip. cap. 3. quest. 4. num. 15. ubi perperam docet, hanc Regum Hispania exemptionem ab Imperio, de facto magis, quam de jure procedere, & Marta d. cap. 21. num. 13.

Quo sit, ut hanc Novi Orbis conquisitionem absque ulla Imperatoris auctoritate jure proprio facere potuerint, & cum ipsi in suo Regno Monarchæ sint, & eadem, quæ de Imperatore dicuntur, in quolibet Rege, eum non recognoscere procedant, ut post Petr. de Bellaria peticia, & Bald. n. 4. in l. exemplo, C. de probat. Andre de Isern. in c. 1. si quis de meno, col. penult. num. 19. de controvers. invest. & plurimos alios, quos referunt, latè docent Roland. à Valle consil. 66. num. 20. lib. 2. consil. 86. num. 20. lib. 1. Menchaca dict. lib. 1. quast. illustr. cap. 22. numer. 13. Borrell. dict. c. 53. Mastrellus dict. c. 4. num. 4. & Rusticus dict. c. 10. num. 35. cum seqq. & latius num. 45. & Ceval. dict. glos. 18. num. 4. & 47.

72 Quinimodo & potentius, dignius, & antiquius esse jus, ac dominium, quod Reges liberi habent in suo Regno, quam quod Imperator haberet in imperio, apertis verbis testatur d. 1. 8. tit. 1. part. 2. ubi Gregor. Lop. Andre de Isern. in c. 1. de vassallo decrep. atat. Bald. in l. 1. C. de summ. Trinit. Purpurat. in rub. de jurisdic. omn. jud. num. 12. & in l. Imperium. num. 123. Petr. Belluga in Specul. Princip. rub. 14. §. veniam, num. 1. Redimus ubi supra. n. 9. Mar. Freccia de subfeudis, lib. 1. tit. de orig. Baronum, n. 36. Corser. de potest. Regis, quast. 104. Petr. Gregor. 3. part. Syntagma, lib. 47. c. 20. num. 3. & de Repub. lib. 26. c. 5. num. 7. Alexand. ab Alexand. lib. 1. dier. Genial. cap. 2. vers. Nomen verò Imperatoris, ubi Tiraquel. in addit. Suar. in quest. majoratus à n. 23. usque ad 31. Matth. de Affiliis in prelud. ad constitut. Regn. Neapol. quest. 13. per totam, Boer. decis. 178. num. 9. Burgos de Paz in dict. proem. leg. Tauri, n. 143. cum seqq. Borrell. dict. c. 48. num. 8. Aceved. in l. 1. num. 17. tit. 1. lib. 4. Recopil. Villalob. in antinom. jur. Civil. & Regii, c. 1. per tot. Bobadilla in dict. Polit. lib. 5. c. 5. num. 7. pag. 902. Vald. in dict. c. 18. num. 33. Mastrellus. d. cap. 4.

CAPUT XXII.

De decimo, & efficacissimo titulo, qui ex Romani Pontificis donatione, & concessione deducitur: Et an, & quatenus verum sit, illum circice personas, bona, & Regna fidelium & infidelium, tam in spiritualibus, quam in temporalibus disponere posse.

SUMMARIUM.

- 1 Pontificis concessionis titulus in questionem deducitur.
- 2 Pontifex Summus an sit totius mundi supremus Monarcha in spiritualibus, & temporalibus, arduus est, & antiqua quest.
- 3 Labor suus unicuique prodesse debet.
- 4 Papa nullam omnino jurisdictionem temporalem Heretici concedat, cui damnantur & convincuntur.
- 5 Constantini Augusti donatio Ecclesia facta pluribus comprobatur.
- 6 Jurisdictionem nullam temporalem extra terras Ecclesia Pontificem Romanum exercere posse, multi asseverant.
- 7 Imperia, & Regna temporalia ab Ecclesia non pendere plures affirment.

Deum

Lib. II. Caput XXII.

317

- 8 Deum verum, & immediatum Imperii temporalis jurisdictionis Auctorem quidam constituant.
- 9 Lex 1. & 7. tit. 1. part. 2. illustratur.
- 10 Auctores plures citantur, qui temporalem jurisdictionem Pontifici negant, in terris Imperii, vel auctorem Principum secularium.
- 11 Dantes Poeta Florentinus, scriptis librum pro imperii Monarchia.
- 12 Antonius de Rosellis hereticos vocare audet eos, qui dicunt, imperium pendere ab Ecclesia.
- 13 Lud. Bavarus Imp. legem condidit contra assertor. Imperium pendere ab Ecclesia.
- 14 Pontificis Romani eligendi potestas aliquando Imperatoris commissa dicitur. Et num. 35.
- 15 Philipus Pulcher Gallicus Rex imprudentis contentiones habuit cum Bonifacio VIII. eum in temporalibus recognoscere, nolens.
- 16 Gallici Reges multum deservant Papam in temporalibus recognoscere, & de juramento, & lege ab eius super hoc articulo late.
- 17 Pontifex Romanus supremam universalis in spiritualibus, & temporalis jurisdictionem & dominationem habet ex multorum sententia.
- 18 Regna omnia, & Imperia media ab Ecclesia derivari, plurimi docent.
- 19 Auctores plures utriusque Schola citantur, qui in distincte utrumque gladium Pontifici tribuant.
- 20 Pontifex appellatur totius mundi Dominus.
- 21 Imperiorum potest Summus Pontifex de Germanis ad Hispanos, si velit, transferre.
- 22 Jurisdictionem temporalem Ecclesie tentans auferre, in sua iniurias confundetur.
- 23 Gothfrodus Viterbiensis Auctor antiquis universalis, & temporalem Ecclesie jurisdictionem agnoscit.
- 24 Papa, qui negat exercitium temporalis jurisdictionis, vel Imperium ab Ecclesia pendere, heretici multis censentur.
- 25 Dantes Poeta quare fuerit de heretici post mortem damnatus.
- 26 Ludovicus Battari Imp. gesta omnia contra Ecclesiam damnata sunt.
- 27 Joan. Hus error affirmantis, Imperium non pendere ab Ecclesia in Concilio Constantiensi damnatus fuit.
- 28 Philippus Pulchri superbia per Extravag. unam sanctam correcita fuit.
- 29 Bavariae Dux religiosissimi, & Sedis Apostolicae devotissimi sunt.
- 30 Lotharius Caesar Romæ pictus inspicitur à Pontifice Imperii coronam recipiens.
- 31 Henricus IV. Gallia Rex qualiter Ecclesie auctoritatem, & temporale jurisdictionem agnoverit.
- 32 Imperator, & Regum exempla plura qui Romanam Ecclesiam maximam reverentur, & obedientiam habuerunt, remissive.
- 33 Pietas in Deum, & Ecclesiam est præcipuum regnum fundamentum.
- 34 Cap. Adrianus, distinc. 63. exponit. & salutem historiam continet ostendit, num. 39.
- 35 Pontificis Romani erigendi, & Sedis Apostolicae ordinande auctoritas qualiter data fuerit Carolo Magno.
- 36 Cap. in memoriam 3. distinc. 19. c. 2. distinc. 10. cap. generali 25. quest. 1. expenduntur.
- 37 Ludovicus Pius renuntiavit privilegio eligendi Pontificem.
- 38 Cap. ego Ludovicus distinc. 63. exponit.
- 39 Libera sunt omnium Pratalorum Ecclesiasticorum electiones.
- 40 Papam non habere jurisdictionem temporalem, nisi indirecte, & in ordine ad spiritualia, multi opinantur.
- 41 Herciscundi appellantur, qui inter duas opiniones contrarias, medium eligunt.
- 42 Jurisdictionem Pontificie in spiritualibus & temporalibus differencia que sit.
- 43 Pontifex exigente fine supernaturali Imperatores, Reges, & Principes gladio etiam temporali coercere potest, qui iure verius ratione finis, spiritualis appellari poterit.

Superest modò, ut quando in concessione, sive confirmationis Imperatoræ jure parum roboris esse ostendimus, ad Indorum infidelium provincias occupandas, & adquirendas, diligenter disputatione examinare conemur, tan justior, ac validior ille alter titulus judicari debeat, qui ex vi, & auctoritate donationis Alexandri VI. Summi Romanæ Ecclesie Pontificis peti solet, quia apertis, & bullatis (ut dicunt) literis gloriosissimis, & re ut nomine Catholicissimis Hispania nostra Regibus Ferdinando, & Elizabeth, eorumque heredibus, & successoribus omnes insulas, & terras firmas pleno iure donavit, concessit, & assignavit, que versus Occidente, & Meridiem detinet, & in posterum detegende essent, & per alium Christianum Principem actualiter tunc temporis possessæ non invenirentur.

Cujus questionis decisio ex ea dependet, an Summus Pontifex, tamquam Christi in terris Vicarius, omnibus, & in omnibus praesens, & dominatus videatur, & de Regnis, & provinciis fidelium non solum in spiritualibus, verum etiam in temporalibus disponere possit? Quæ quidem ita